

OB

N Be.

U.q.19,3



Quæstiones Juridico-Politicæ

27

**EX PACIFI-  
CATIONE RELIGIO-  
nis Consensu Procerum sub Re-  
gimine D. Caroli V. Anno 1555. in Co-  
mit. August. solenniter promulgatâ,**

Q u a s

Divinâ aspirante gratiâ

**Consentiente Magnifico JCto-  
rum in illustri Salanâ ordine,  
SUB PRÆSIDIO**

**DN. JOHANNIS MÜTERI,**  
Lubecâ-Saxonis.

Privati exercitii gratiâ ventilandas proponit

**HEINRICUS CHRISTOPHORUS**  
â Griesheim, Nobilis Thuringus.

A. D. 11. Septembris.

JENÆ

Anno Messiae 100. 10. CVX.



Viro Nobilissimo,

Strenuoque,

DN. CUNRA-

DO Apelt à Griesheim in Griesheim

& Dörnfeld an der Iln / &c. PARENTI  
suo statèm colendo,

Disputationem hanc Politico-Juridicam

*In summum sincerumq; filialis obse-  
sequii monumentum*

Dedicat

Filius Respondens





## THEISIS

I.

### Quæstio I.

## Isputaturi de Pace

**D**isputationis, libet exordiri ab hâc ambiguâ Quæstione: An non aliquando in unâ Republicâ plures unâ verâ Religione sint tollerandæ? Negat id Francisc. Burchard. de Antonomia, oder Grenzstellung mehrerley Religion vnd Glauben / Althus. cap. 9. Polit. in fin. Anton. Possevin. in cant. ad discurs. de La Nave. Paul. Windeck. in progn. futur. Eccles. stat. Lips. lib. 4. Polit. c. 2. in fin. & c. 3.

II.

Nos dicimus, quamvis summis precibus nil magis efflagitandum, quam ut ubique locorum vera Religio dominaretur, optare tamen id, sperare vix licet, proinde cum ita sit perturbata Respublica, ut sine totali conversione res vix componi possit, conquescendum & statui publico aliquid indulgendum, melius enim est Rempublicam servare, quam eandem funditus delere, c. 18. vers. 25. Genes. ferenda igitur diversitas Religionis, quæ sine Reipublicæ interitu auferri nequit, Bodin. in f. d. l.

III.

Dissensiones siquidem in Religione per se non afferunt mutationes in Republicâ, sed per accidens, quatenus nempe Magistratus inveteratam suam opinionem nimis obstinatè vult tueri, vel quatenus sub specie Religionis queritur suppressio subditorum, vel denique quatenus inter subditos aliqui sunt, qui sub Religionis specioso titulo occultis machinationibus turbant statum politicum, Camerar. inf. dict. l.

A 2

Imo

## IV.

Imo Religionem cogere impossibile est: Fides enim intra anima, quæ spiritus & cogi non potest, consistit, & solus Deus cognoscit cordis interiora, quis igitur, ut Lactantij verbis utatur, mihi imponat necessitatem, vel quod velim non credendi, nihil tam voluntarium, quam Relgio, in quasi animus aversus jam sublata jam nulla est, lib. 5. div. inst. c. 19. Recte enim Theodosius Rex: Religionem imperare non possumus, quia nemo cogitur, ut credat invitus, ex Cassiodor. Just. Lips. 4. Polit. n. 4. cum preced. gaudet enim libertate neque in animis hominum invitis radices agit autor Autonomiae c. 13.

## V.

Quis ignorat vivente Carolo V. 50. hominum millia ob hæreses ad supplicia esse rapta in solo Belgio, Meteran. in der Beschreibung des Niederländischen Kriegs / lib. 2. Ferdinandus Dux Alban. sex annis, quibus Belgio præfuit; vel potius obfuit; decies octies mille utriusque sexus homines clauculum carnificiniss sustulit, Meteran. lib. 4. In Galliis intra viginti annos centum & quadraginta millia ob hæresin variis poenis bellorumque turbibus assumta sunt; Loiol. lib. 2. c. 6. A. Ciccarella Platinae continuator refert in vita Gregorij XIII. quod Pontifici dixerit Legatus Regis Galliarum post mortem Ammiralis 700000. hæreticos intra annos 14. in gratiam Pontificis trucidatos fuisse.

## VI.

Ecce verò Galliæ & Belgii status cur jam tam pacatus & tranquillus est? quod liberum exercitium Religionis in illis permisum; non igitur ulterius proprias in viscera vertit vires, Thuan. in prefat. histor. Besold. de sign. temp. Quod ipsum etiam de Germaniâ animadvertere licet Sleidan. de stat. relig. Spring. de pac. religion. capit. 1.

## VII.

Huic etiam certè bono religiosissimi nostri Pàtres Patriæ Anno Christi 1555. Passavii pacem pepererunt, quæ postea in publicis Comitiis aliquoties, præsertim Anno 66. confirmata est, cuius beneficio dulcissima nostra Patria pacatior fuit, & halcyonia sua obtinuit, quæ ut porrò obtineat, ex animo pre camur.



precamur, & hæc pacificatio religionis non immerito Palladi-  
um Germaniae indigetatur à Springer de pace relig. c. 1.

VIII.

Et sic nobiscum sentiunt Anton. Bembellon, de Godent. p. 256.  
12. Bodin. 5. de Republic. capit. 7. Camerar. in meditat. hist. p. 1. cap. 58.  
disputation. 1. tom. 1. iur. public. thes. 24. liter. B. Glossel. Pon-  
tif. in Script. Ob den Hungerischen Landstenden die Freyheit der  
Religion zugelassen / cum refut. Polycarp. Leuser, cui titulus duellum  
Glosselianam. Idem est judicium du Signeur de La Nore in discurs. polit. 2.  
vide eximum librum: cui titulus est suscitabulum p. 1. c. 5. & 6. Besol. d. L.  
Nescio an ne faciat ad nostram opinionem quod Christus Matth.  
13. dicit sinite zizaniam crescere usque ad tempus, si crescere dé-  
bet, cur non & ager ei relinquendus, quo radices agat, & in se-  
mentem concedere possit, argument. l. si ita stipulatus de V. O.

IX.

QUESTIO II.

Unde non transilienda est hic illa quæstio: An nostra con-  
stitutio des Religionfrieden à tempore Tridentini concilii respe-  
ctu Augustanae Confessionis expiraverit, ita ut Evangelici quoad  
publicam & communem tranquillitatem ejus beneficiis amplius  
non gaudeant? Pacem religionis ad tempus fuisse conceptam,  
id est, sub concilio aliquo nationali & legitimo, §. vnd nach dem.  
libenter concedo verum id fuisse Tridentinum strenue nego, si-  
quidem neque illud legitimum neque nationale fuit.

X.

Quia illud fuit indictum à Pontifice. Jurisdic̄tio autem  
Pontificis, Archiepiscoporum, Episcoporum atque aliorum  
Ecclesiasticorum ab annis 32. 41. 42. 48. quoad protestantium  
territoria in publicis comitiis enervari ac limitari cæpta est, do-  
nec tandem Anno 52. Passavii Anno 55. in comit. August. jussu  
Caroli V. à Ferdinando Rege Romano & statibus imperii solen-  
niter habitis plena & perfecta religionis pacificatione intro-  
ducta, & Maximiliano II. Anno 66. confirmata plenè ac omni-  
modo, tam quoad ea quæ sunt ordinis, quam quæ sunt jurisdi-  
ctionis Episcopalis suspensa quiescere, atque foro cedere jussa  
fuit; Schönborn in Polit. lib 4. c. 6. de pac. relig. §. tamit auch. ibi so soll

A. 3.

die



Die geistliche jurisdiction wieder die Auspurgische confessions religion nicht geübet werden. Sequitur ergo quod ob defectum jurisdictionis ratione pacis religionis Pontifex non potuerit indicere comitia.

XI.

Imo præter constitutionem Pacis non competit hoc jus Pontifici, sed Principi tanquam ordinario magistratui Politico, ut prolixè deducit Gesner. de concil. lib. 3. Luther. in lib. de concil. Carol. Molin. in consil. de non recip. Concil. Trident. § 6.

XII.

Fuit suspectum ratione citantis. Ipse Pontifex Hærefoes criminis læsæ Majestatis, sacrilegii, & falsi reus erat accusandus, absurdum igitur quod ipse in propria causa voluerit citare imò judicare.

XIII.

Ratione Loci: Promissum erat hoc concilium in Germania Recess. 24. 26. 29. 42. 44. non in Italia cuius Tridentum opidum est.

XIV.

Promissum erat concilium generale, quæso potest ne hoc dici concilium generale ad quod non vocati Principes Germaniæ, Laici, nec reliquæ nationes Christianæ, ut sunt Anglia, Scotia, Dania.

XV.

Sed omnia singulatim hîc deducere nimis longum foret. Vide pro nostra sententia latissimè Bembellon. in fuscit. Princip. & omnino die stadtliche Außführung warumb der Auspurgischen Confession Verwandten das Tridentienische concilium nicht besuchen können. Mindan. lib. 1. de process. cap 29. Gesner. lib. 3. de Concil. Sleidan, lib. 22. & 25. Ant. Bembellon. de Goden. p. 2. c. 15. Dissentit Burchard. in prognost. futur. stat. Eccles. Autor Pfälzischer Kirchen brüs derschafft. Bellarm.

XVI.

Falsissimum itidem est quod Burchardus in sua auton. (falsissimè

sissimè accommodans immane dexterum, Ferrum in manu est ) clamat, Pacificationis articulos vi Imperatori à Protestantibus esse extortos.

XVII.

Nunquam enim credo, posse quem, ( qui saltem ab extremo limine historiarum monumenta attigit) adduci, ut credet, hanc aquilam potuisse cogi à tam exiguis aviculis. Aquila enim ( Carolus V. ) bina in Africam peregerat itinera, novem expeditiones fecerat in Germaniam, sex in Hispaniam, septem in Italiā, decem in Belgiam, quatuor in Galliam, imò non solum exteris Principibus, sed ipsi Solimanno horror & terror erat.

XIX.

Quæ quæso avicularum vis? Saxoniæ Elector captivus detinebatur, supplex devolvebatur ad Imperatoris genua, verborum inlectus lenociniis Hassia Landgravius, custodiæ statim mancipatus, præter Bremenses & Magdeburgenses, potentissimæ imperii civitates ad unum omnes defecerant: omiseras adversus Aquilæ impetum aviculas.

XX.

Addo quod status imperii non potuerunt dici alicui vim inferre vel injuriam, utpote qui jure suo usi sunt, cuius argumenti deductionem dabit ipse discursus.

XXI.

Accedit religiosa adseveratio, juramento æquiparanda, Gail 2. obs. 59. n. 2. cum renunciatione omnium beneficiorum, §. Und soll. ibi Alles bey Königlichen Würden/ Fürstlichen Ehren vñ wahren Worten/ quæ verba repetuntur in §. seq. Dagegen soll. imò planè nulla deinceps contra hanc constitutionem declaratio est admittenda, facta pro infecta habenda §. vnd soll allen das. Petr. Denais in jur. Cam. tit. Pax Religionū n. 24.

XXI.

Verba illa, mit guten Gewissen, sæpissimè repetuntur in hac constitutione, at illorum verborum effectus hic est, quod omne obstatuum censetur remotum, quod contravenienti perpetuum

rum sit dictandum sicutum Knich. c. fin. de Saxon. non pror.

Quæstio III.

XXII.

Ingens est disputatio, an reformatæ religionis adsertores, quos Calvinistas appellant, in publica religionis pace sint comprehensi? Pro negantibus jam disputabimus his ratiunculis.

XXIII.

Quicunque non credunt veram & realem corporis Christi præsentsam in cœna, in Augustana Confessione damnantur; art. 10. aug. Conf. Atqui veram & realem corporis Christi Præsentiam in cœnâ non credunt Calviniani. E.

XXIV.

Legatur Epistola Philippi & Brentij ad Landgravium Hassiae scripta Anno 30. in qua uterque validissimas reddit causas, quare Cingulum ejusque socios non possimus agnoscere pro fratribus, invenies elegantissimam hanc Epistolam in der Entwurfung Evangelischer Kirchen Brüderschafft Georgij Mili.

XXV.

Anno Christi 30. ipsa hæc quæstio operosè disputabatur ab Argentinensibus, an nimirum Cingliani continerentur sub pace hac? Cæsar (verba Sleidani referam) biduo post evocat Argentinenses, illorumque socios, & in publico Ordinum confessu recitari jubet ipsorum doctrinæ confutationem, scriptum valde prolixum & acerbum, eâ parte potissimum, ubi de Cœnâ Domini tractatur, ex quo, an Imperator receperit in foedus, ego colligere certè haud possum.

XXVI.

Est textus manifestus in §. Doch sollen / ibi Doch sollen alle andere / so obgemelten beyder Religionen nicht anhengig / in diesen Frieden nicht gemeinet / sondern gentzlich ausgeschlossen seyn / Pontificios Calviniani seipso negans, dislidere etiam illos à sociis Augustanæ Confessionis constat ex ipsorum scriptis.

XXVII.

Qui rem mutat, alio sensu eam intelligit. Calviniani mutunt

runt Confessionem August. Carolo V. Anno 30. exhibitam, in  
dem sie sich bekennen zu der Augspurgischen geenderten Confession/  
Burchard. de auton. p. 3. c. 6. Addo quod in quodam recessu ex-  
pressè rejiciantur ex pace religionis, qui non agnoscant Augu-  
stanam Confessionem Anno 30. exhibitam.

XXVIII.

Anno 61. Mense Julio Civitates Hansaticæ addictæ Augusta-  
næ Confessioni convenere in Civitate Lüneburgensi ad delibe-  
randum de hac ipsa re, in decreto istarum Civitatum inter alia  
hæc habentur verba: Daran ist kein Zweifel / daß die Sacra-  
mentirer (Calvinisten) anfänglich Anno 30. vnd nochmals von  
Jahren zu Jahren in öffentlichen Schriften / auch gemeinen ge-  
haltenen Colloquijs von der Augspurgischen Confession Verwan-  
den / vnd mit ihrer Lehr verdampft vnd verworffen worden. Idem  
decretum eodem Anno in conventu Principum habitu Naum-  
burgi.

XXIX.

Et ita sentiunt Leonhard. Hütter, in Calvinista Aulico-Politico,  
quem scripsit ad Electorem Brandeb. & passim Theologi. Dissentiunt  
Burchard. de autonom. Dan. Tossan. in seiner Trostschrifft an alle gut-  
hertzige Christen. auctor discurs. de August. Confess. Wolff. in ejusdem  
histor. disput. i. thes. 29. jurū publ. Ant. Bembellon. de pac. re-  
ligion. p. 2. c. 12.

XXX.

Nolumus tamen & horum conscientiis imperari deberi per  
ea, quæ thes. 4. adducta sunt. Ne quod nobis factum voluimus,  
aliis denegemus inviti contra jura, Quod quis juris, &c. Posse  
enim Imp. cum suis statibus & ad hosce pacificationem extende-  
re, imò visos extendisse per longam satis patientiam multi arbi-  
trantur. Et fortasse non minoribus laboratura esset nostra Ro-  
man. Germania Resp. periculis, si cum Papicolis hac in parte  
facere velimus: quâ enim tum per Augustanæ Confessionis de-  
fensores nostros difficultate obtineri oportuit liberum Exerciti-  
um, Calvinicolæ, utique si idem ipsis denegaretur, pariter ob-  
tentum irent nostris insistendo vestigiis. Tranquillitas Reip. er-  
go nobis cum cordi esse debeat, quæ potissima causa toties in-

B

Prodromis



Prodromus & const. ipsa nostra, §. vnd nach demt/ inculcatur verbis iudiciis, ut vastemustam magis, quam corrigamus, ( id quod fieret, Lips. lib. 4. Pol. c. 4. n. 6.) consultum vix esse putemus. Imo videtur expressè facere pro Calvinianis responsum Protestantium in Comitiis Augustanis, Anno 66. Cæsar. Majest. oblatum, ubi hæc habentur verba: So were doch ihr ( Protestantum ) Meinung gar nicht den Churfürsten / Pfalzgraven / oder andern / so in etzlichen Artickeln mit jhnem streitig / in Deutschen oder frembden Nationen in einige Gefahr / viel weniger aus den Religions Frieden zu stellen / &c.

XXXI.

Judæi hac pacificatione non sunt comprehensi, §. Doch sollen alle andere. Optimè tamen illo toleramus ex ordinatione Politiae cum certis conditionibus, Policey Ordnung de Anno 30. titul. Von Jüden vnd ihrem Wucher / & tit. Von Jüden vnd ihren Kleidern / Recess. 77. tit. 20. Aur. Bull. Carol. IV. vid. tot. tit. C. de Judæis, & ibi Dd. & specialiter extat de Judæis Francofurt. Caroli V. constitutio apud Goldast. Tom. 2. const. Imp. de Anno 1551.

XXXII.

Quæstio V.

Verum quæssionis non inelegantis est: An Judæi cogi possint, ut statutis diebus verbum Dei in Templis Augustanorum vel Pontificiorum audiant? nos, quia Pietatis ara coactioni inimica, id negamus & dicimus, deberi illos sæpius admoneri, Roman. II. vers. 25. & 26. L. 3. C. de summa Trinitat.

XXXIII.

Quæstio VI.

Magistratum non posse suis subditis intuitu religionis vim inferre, eos turbare, & vexare, ejicere, luculentissimè docet §. Der Keyser / König Ferdinand. Quod in tantum extendò, ut credam, diebus Dominicis subditos orthodoxos, in terris Pontificiorum oppido vel pago, ut alibi pura Evangelii audiant doctrinam, & utraque sub specie communicent, exire posse, cum Mindan. de process. c. 30. memb. 4.

XXXIV.

Qui enim vult consequens, vult etiam antecedens, sine quo

quo ad consequens pervenire non possumus, l. 2. de jurisdictione.  
At Status Imperii volunt consequens, in §. Nach dem / ibi. Und  
kein Theil des andern Kirchengebrauch oder Ceremonien abzu-  
schun / oder jhn davon zu dringen zu unterstehen / &c. Ergò etiam  
antecedens, quod est potestas exeundi, si in ditione Magistratus  
Pontificii illa doctrina vera non doceatur vel frequenteretur. Addo  
hoc cum olim Protestantes subditos suos sub pena coercerent, ne  
alibi ceremoniis Pontificiis interessent nomine Pontificiorum.  
hoc ipsum à Carolo V. Recess. Anno 1550, improbatum & corre-  
ctum fuit. E. ex natura talionis Pontificii sibi patientur dici idem.

XXXV.

Quæstio VII.

Imò quia Landsassii impediuntur, si negentur eis fideles  
Pastores, maximè ubi loca repurgatae doctrinæ longissimè ab-  
sunt, cum tamen in suis cultibus non sint impediendi, nec à ritu-  
bus usitatis avocandi, d. §. Nach dem. Puta omnino illos in ter-  
ris Pontificiorum jure domi habere ministros Ecclesie, qui se  
suosque in verbo Dei erudiant.

XXXVI.

Quæstio VIII.

Sed cum videmus contrarium de facto hodie practicari ex  
constitutione nostra subditi & Lansas aliud adhuc habent bene-  
ficium, scilicet emigrationis, §. Wo aber visser. Unde sapenu-  
merò Dd. quæ situm est, & in utramque partem in Camera dis-  
putatum : An emigrationis beneficium sit voluntarium, an ne-  
cessarium? Prius nos affirm.

XXXVII.

Verba enim nostræ constitutionis loquuntur conditiona-  
liter, §. Wo aber / ibi : An einen andern Ort ziehen wolten / non  
verò dicit Solsten. Ergò non de necessitate, sed voluntate intel-  
ligenda. Et certè in Protestantium favorem beneficium hoc cum  
sit indultum, d. §. Wo aber / in odium eorundem torqueri non  
debet, quod tamen fieret, si beneficium hoc esset necessitatis.  
Plura pro hac opinione invenies apud Mindan. de process. lib. 1. c. 30.

B. 2

Jam

XXXVIII.

Quæstio IX.

Jam quoque ratione modò dictorum in thes. 33. 35. 36.  
variis Dd. disputationibus & dubitationis plena attingenda est  
quæstio: An statuum subditi sub hac constitutione sint compre-  
hensi? quod, affirmamus.

XXXIX.

In §. siquidem Nach dem etiam fides subditis singulis da-  
tur: ibi: so sollen dieselbigen hinsüro also bleiben / vnd in denselbi-  
gen Städten gehalten werden / vnd deroselbigen Reichstadt Bür-  
ger friedlich bey vnd neben einander wohnen / vnd kein Theil des  
andern Religion vnd Kirchengebräuch abzuthun unterstehen: ad  
eundem modum expressè fit subditorum mentio in §. Wo aber/  
ibi: Wo auch der Churfürsten/Fürsten vnd Stende Unterthanen  
der alten Religion.

XL.

Causæ finales erectæ hujus constitutionis sunt, ut diffiden-  
tiæ & suspicione mutuæ tollantur, ut vindicetur ab interitu Pa-  
tria, §. Und nach dem. At hæ rationes æquè spectant ad subdi-  
tos, quam ad status, quis enim non videt & ipsos maximè posse  
turbare pacem, eorum nomine posse oriri suspicione & diffi-  
dentiæ. E,

XL I.

Cui rei directo & expressis verbis nunquam nec ab Imp.  
neque à Statibus fuit contradicatum, tacitè id videtur approba-  
tum. At Protestantes in omnibus ferè Comitiis, maximè vero  
in Ratisbon. Anno 76. acriter protestati sunt: Daß der Religion  
Fried nicht alleine den Stenden des Reichs gegen einander / son-  
dern auch den Unterthanen allerseits zum besten/fürnehmlich aber  
zu erhalten guter Vertrawens im heiligen Reich aufgerichtet wor-  
den / nec tamen his vel ab Imperatore vel à Statibus contradi-  
ctum. E.

XL II.

Causam inter Status litigiosam Imperator jure præmi-  
nentia & prærogativæ solus definire potest, Recess. 44. §. Als wir  
aber /ibi: Haben sich die Stende in Unterthänigkeit vernehmen  
lassen /



lassen / da Wir für vns selbst / vnd aus Ke[n]s[er]licher Macht vnd  
Vollkommenheit Ordnung darin geben würden / daß sie solches  
geschehen lassen / vnd dulden müsten. At subsumo ex Maxim. II.  
responso: Daz ihre Ke[n]s[er]liche Majestet sich gnedig versehen / es  
werden dero Räht vnd Gesandten Herrschafften es bey dem einmal  
auffgerichten publicirten Religion Frieden / so wol der Untertha-  
nen / als der Stende / verbleiben lassen. Addo in his viridem ob-  
servantiam in Imperio nostro: quis enim ignorat, Maximilian.  
II. ut & ejus successorem Rudolphum in quā plurimis ditio-  
num suarum locis subditis concesisse liberum exercitium religi-  
onis, qua etiam libertate adhuc gaudent feliciter, vide *Mindan.*  
*de process. lib. 1. c. 30.* Dissentit Autor *Autonom. Arnis. lib. 2. c. 6.* de jure  
Majestat. fortiter & strenuè Springer. p. 85.

X L I I I.

Hoc tamen probè observandum, diversimodè competere  
hanc pacem subditis & statibus, ad status quidem principalicer,  
ad subditos consequenter, illi publicum possunt instituere reli-  
gionis exercitium, hi verò non, sed tantùm eis privatim liberta-  
te conscientiæ frui licet, *Mindan. d. l.*

X L I V.

Quæstio X.

Si Princeps vel alius Magistratus falsam amplectens religi-  
onem cogat subditos ad ejus approbationem, annè liceat hujus-  
modi calu jugum impii Magistratus gladio excutere, paulò co-  
piosior & difficilior est disputatio: rectè id affirmant de illis sub-  
ditis, qui jus gladii habent *Dn. Hortleder. disp. 4. de bell. German.*  
*Knichen. de Sax. non provoc. verb. Ducum. c. 5. Albericus Gentilis de jure*  
*belli lib. 1. c. 3. & 11. Eberh. à Weih. de fœder. c. 2. Elegantissime Ant. Cöl.*  
*de jure Imperij German. sect. 72, & seq.*

X L V.

Qui enim non resistit injuriæ, cum potest, tam est in vitio,  
quāmis, qui facit, *Cic. 1. offic.* potest autem Magistratus hoc in-  
casu, qui propterea accepit gladium, ut tueatur bonos, & puni-  
at malos. E. cum non resistit, tam est in vitio, quāmis, qui facit.

X L VI.

Vis injusta est, quæ propter religionis diversitatem infer-

eur, fides enim & religio suaderi, non cogi potest, ut supra diximus, ac proinde in conscientias nemo sibi imperium vindicare debet; Mentiū eam Rex Deus est, *Curt. lib. 3.* Atqui vim iustum repellere omni jure privatis, multo magis Magistratus licere debet, *L. 3. de J: & J.*

#### XLVII.

Imō offensio ubi illicita, defensio est licita; At hoc in casu offensio est illicita, nullum enim bellum ob religionis diversitatem permisum est. § Es soll auch kein Stande.

#### XLIX.

Unde in sacris Apostolus cum propter religionem Judaeos capitales sibi insidias struere intelligeret per quendam Cognatum Tribuni opem implorasse legitur, *Actor. 23.*

#### X LIX.

Hinc justum dicimus bellum Germanicum contra Carolum V. Imperatorem ab Ordinibus Germaniae Protestantibus gestum, iustum vero bellum motum pro religione à seditionis rusticis, *Sleid. lib. 5.* Vide de his bellis differentem Besold. in lib. cui est titulus: *Signa temporum, & Cöler. d.l.*

#### L.

Ubi etiam hoc recte dedit, non resisti hoc in casu Principi, tanquam summo Magistratu, sed tanquam privato, Magistratus enim non amplius administrans justiciam & judicium sit privatus..

#### LI.

Denique ut olim Religionem Romanam adversus vim summa fide se tuituros jurabant Impp. c. tibi Domino distinction. 63. Sic hodie & reformatam non minori fide se vel armis tuituros jurant, Reichs Abschid zu Augspurg/Anno 1555. §. Solches alles/ §. Ferner verpflichten.

#### LII.

#### Quæstio XI.

Quæri solet, annè subditis liceat collegia & conventicula

pro



pro privato religionis exercitio habere? Ego id sine Magistratus permissione haud concederem, siquidem ad turbas & seditiones collegia erumpunt, *Mindan. d. loc. membr. 5. c. 36.*

LIII.

Quæstio XII.

De Civibus in Civitatibus Imperialibus, an illi majorem habeant licentiam circa mutationem religionis, quam aliorum Imperii Statuum subditi, id est, an requirentibus ipsis liberum exercitium religionis sit permittendum? perplexa est quæstio. Nos id negamus cum *Mindan. de process. lib. 1. c. 31.*

LIV.

Licet enim nostra constitutio, in §. Nach dem aber / Civitatum Imperialium atque Civium illorum mentionem faciat, tamen hoc sit tantum eo intuitu, sicut ceterorum subditorum Statuum, ut videlicet tuto in suis locis commemorari possint, & libertate conscientiae privatim frui queant, non vero ut publicum religionis exercitium illis introducere liceat, §. Nach dem. Dif- fidentit *Schönborner lib. 4. Polit. cap. 6.*

LV.

Quæstio XIII.

An Status vel Nobilis Imperio immediate subjectus in feudo, quod ab alio Statu, & fortasse ab Ecclesiasticis tenet Religionem, sicut in aliis territoriis propriis, mutare possit? rixantur Politici, affirmativa mihi placet per §. Und in solchen / ubi immediatum esse ratione personæ, cuius saluti & conscientiæ consultum est, non ratione bonorum consideratur; igitur si quis sit Nobilis immediate subjectus, in omnibus bonis suis propriis ut & feudalibus religionem mutare potest, *Mindan. d. loc. c. 32.*

LVI.

Quæstio XIV.

Operose hactenus in Imperio disputatum est, an ne in Constitutione Religionis der Reichshofrath cognoscere possit?

Negò

Nego id cum authoribus der bestendigen Information juris & facti, der Donawertischen Relation.

L VII.

Regula enim est p. 2. ord. t. 27. Dass alle Personen vnd Sachen / die der K̄enyerlichen Majestet ohne Mittel vnterworffen / vnd durch sonderbare Austräge nicht ausgenommen/am Cammergericht gerechtsertiget werden sollen/jam verò nullibi in jure publico , nullibi in constitutionibus Imperii legitur, causas religio- nis cognitioni Cameræ præceptas esse, vel simul cognitioni des Reichs Hoffraht reservatas fractæ pacis saltem fit mentio & feu- dorum regalium. Ergò in cæteris standum regulæ.

L VIII.

Imò dum expressè concurrentia cum Camera in causis fractæ pacis reservata sit dem Reichs Hoffraht p. 2. Ord Cam. t. 27. concludo, quod in cæteris concurrere noluit; exceptio enim in easibus non exceptis confirmat regulam.

L IX.

Rectè etiam inferunt antores der Donawertischen Information / quod verba illa emphatica gerechtsertiget werden sollen/ inferant quandam necessitatem & concurrentiam aulæ cum Camera o- mninò removeant.

L X.

Et hoc videntur omninò velle Capitulationes Imperii, sancta enim fide Imperatores cum statibus pepigere, se non ali- ter, (puta fortè per Senatum aulicum) quam per Judices Came- ræ jus dicturos.

L XI.

Addo hoc in judicio causarum religionis, utriusque reli- gionis, tam Augustanæ, quam Pontificiæ Assessores præsidere debent, passim Recess. & visit. Ataula Imp. non constituta est ex assessoribus utriusque religionis, ut experientia testatur. E. defi- cit quædam formalis qualitas, eò quod sic hoc judicium suspici- onibus sit plenum, quæ semper saluti Imperii adversantur.

L XII.

Hinc accidit, quod Ferdinandus Anno 64. 25. Mart. cau- sam ex constitutione religionis vertentem inter Closter Christ- garten

garten & Graff Ludwig von Oettingen remisit Cameræ, daß die  
Käiserliche Majestet solche Sachen alles ohn Mittel den Religion  
frieden anhangend von seinem Hofe an das Cammergericht remit-  
tiret vnd gewiesen haben. Dissent. autores der Donawertischen  
Relation.

LXIII.

Sed maximè observandum nostram hanc opinionem ni-  
hil officere Imperatoriæ Majestati, eo ipso enim quod Cameræ  
in his causis tribuimus cognitionem, tribuimus illam soli Impe-  
ratori. Non enim Camera habet separatam jurisdictionem,  
sed illa ut antea, ita & adhuc omnimodo residet penes Impe-  
ratorem ipsiusque nomine & autoritate in dicto loco justicia  
administratur, ut sufficientissimè probatur *in libello*, cui tuulus.  
Gründlicher Bericht von der im H. R. entstandenen aber seit-  
hero noch unerledigten Frage, ob der Käiserliche Hofraht mit vnd  
neben dem Käiserlichen Kammergericht concurrentem jurisdi-  
ctionem in allen vnd jeden Sachen ohn Unterscheid habe. Et con-  
stat etiam ex eo, quod Camera sub Cæsaris nomine autoritate  
nec non sigillo omnia expedit. Ord. Cam. p. 3. t. 17. Und solche-



C.

PARER.

# P A R E R G A.

I.

Ex protestantibus Imperatorem posse eligi nullum est dubium.

II.

Cum in A. Bull. c. 2. §. f. expressè statutum sit, tunc habere locum sui ipsius Electionem, si tres Electores consenserint, quæritur, an & hæc Electio valeat, sin pauciores. N.

III.

Vota sua, per literas Electores posse transmittere. N.

IV.

Cameræ Imperialis jurisdictionem perdurare, & in consuetis judicandi modis non expectatâ P.P. vicariorum jussione & confirmatione posse pergere, saluti publicæ consultius.

V.

Cum PP. Vicariis potestas recolligendi redditus & provenitus: quæstio existit, an illos lucrari; an verò deductis impensis restituere Novo Imp. teneantur? Et hoc posterius videtur verius.

VI.

Augustam s. Imperatricem forum Mariti sequi. A.

VII.

Cum A. B. solummodo Electoribus Saxonæ tribuat, ut ab illis non liceat appellare, qui igitur hoc jure frui poterunt; Cœteri Principes Saxonæ: Resp. non ex A. B. sed ex novô Privilio Anni 1559. 2. Maii illis esse concessum.

AD



# A D N O B I L I S S I M U M Dn. Respondentem.

**R**eligio vinclum est, homines quod colligat omnes,  
Atque in pace homines Religio una jugat.  
Hac de pace igitur, de religione decora  
Arma moves pacis religiosis amans.  
Nobilibus, GRISHEIME, ab avis atavisque create  
Fraternaque mihi cognite amicitia.  
O sic perge tuas vires sic prome colent te  
Cultorem, sic pax, religioque suum.


Wolff Caspar von Gerstorff.

**S**it, Qui n̄ Pro avos crepitet, gentemq; retusam,  
Obduxisse queat speciem vix Nobilitati  
Degeneri: Fucumq; sibi vix affricet ortū:  
Te Tua, G R I E S H E I M I, melior Lucina reponit  
Virtuti Patriæ: Pro Té fastigia spondent  
Priva: velut Patrui nosse & dignoscere possint  
Usq; adeo Ingenui vegetus vigor excipit omne.  
Testatum à Patribus Prisci cacumen Honesti.  
Arguit appositum hoc conamen. Et ardua Martis  
Musei, Tibi que in facili jam, palma, reposta est:  
Hanc preſo ut celasse relit Verecundia prelo,  
Non concedit Honos, non Uſus gloria tanti.  
Publica nec facient sanctissima Jura nec illa  
Quæ fluet ad plures laus; quiq; ex laude Triumphus.

Christianus Heroldus  
Halensis Saxo.

F I N I S.








Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-629811-p0023-0

DFG




AB: 154464

(X2618616)

R

V317





**Farbkarte #13**

